

Herode Attico, noto sophista, consule ordinario a. 143, Anniae Regillae coniugi dicatas vide C. I. Gr. 6185. 6280 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1389 (= Kaibel epigr. Gr. 1046). 1392.

2931 P. Alfio P. f. Gal. | Maximo Numer. | Liciniano Xviro stlitibus iudicand., | quaestori urbano, tribuno plebei | candidato, praetori | Parthi-
cario¹, | P. Alfius Avitus Numer. | Maternus² filius, | patri dulcissim.

*Tarracone, nunc in Anglia (II 4110 vidit Huebner). — 1) Praetor Parthi-
carius is est, cui cura ludorum pro victoria Traiani Parthica ab Hadriano in-
stitutorum competebat (Mommsen Staatsr. II³ p. 237 not. 5). — 2) Fortasse hic
est Alfius Avitus qui dimetris scripsit libros complures rerum excellentium, lau-
datus a Terentiano Mauro (v. 2448) et a Mario Victorino art. gramm. III (p. 137 Keil).*

2932 d. m. | P. Livius Larensis¹ | pontif. minor, | hic situs est. |
Cornelia Quinta | marito incomparabili | fecit.

*Romae (VI 2126 vidit Henzen). — 1) Hic est Δαρήνσιος apud quem dipno-
sophistas suos convivantes inducit Athenaeus. Cf. quae exposui Herm. vol. 25
p. 156.*

2933 [M. Ca]ecilius¹ Q. f. Q.² Natalis aed., IIIvir., quaes|tor, q. q.³,
prae|f.⁴ coloniarum Milevitanae et | Rusicadensis et Chullitanae, praeter HS
| L̄X n.⁵, quae ob honorem aedilitatis et IIIvir. | et qq. rei p. intulit, et
statuam aeream Securi|tatis saeculi⁶, et aediculam tetrastylam | cum statua
aerea Indulgentiae do|mini nostri⁶, quas in honore aedi|litalis et IIIviratus
posuit, et ludos scae|nicos diebus septem, quos cum missi|lib. per III
colonias⁷ edidit, arcum tri|umphalem cum statua aerea Virtutis domini n.
| Antonini Aug.⁸, quem ob honorem quinquen|nalitatis pollicitus est, eodem
anno sua | pecunia extruxit.

*Cirtae (Constantine) (VIII 7095 vidit Wilmanns). Eodem loco repertae sunt
tres aliae inscriptiones plane iisdem verbis inscriptae sed minus integrae (VIII
7096—7098), praeterea una eadem verba exhibens sed in brevius contracta
(VIII 7094). Quinque hae inscriptiones pertinuerunt ad arcum triumphalem a Cae-
cilio Natale ob honorem quinquennialitatis imperante Caracalla (cf. not. 6. 8) ex-
structum. Caecilius Natalis is qui apud Minucium Felicem in dialogo qui inscri-
bitur Octavius verba facit contra Christianos, Cirtensis fuit (cap. 9: 'Cirtensis
nostri', cf. c. 31: 'tuus Fronto'), nec diversus fortasse ab hoc nostro. — 1) Tres
primas litteras supplevi ex VIII 7097. 7098. — 2) Quirina. — 3) Quinquennialis. —
4) De praefectura trium coloniarum coniuncta cum triumviratu et quinquennialitate
coloniae Cirtensis cf. C. VIII p. 619. — 5) Pro singulis honoribus, pro aedilitate,
pro triumviratu, pro quinquennialitate, rei publicae intulerat sestertium vicena
milia. — 6) Statuam Securitatis saeculi posuit aedilis, aediculam cum statua In-
dulgentiae imperatoris, dedicavit triumvir. Ad hanc aediculam pertinuit titulus
VIII 6996, ex quo colligitur triumviratu functum esse Natalem anno 210. —
7) Significantur Cirta et tres coloniae cum ea contributae, Milev, Rusicade, Chullu.
— 8) Significatur Caracalla.*

2934 C. Sallio Aristæneto¹ c. v., | septemviro epulonum, | sodali
Augustali, iuridi|co per Picenum et Apuliam, | curatori viarum Aureliae |
Corneliae triumphalis, | praetori k. tutelario, quaestori | designato et eodem